

cunda in puerulis. Hic autem Viperulus naturaliter exiens, nondum se nectam exuit uterinam, qua triduo exspoliari solent. Et hac in re diligenter animadvertendum est, Aristotelem ambiguitate laborare, id est, involucrum, mox à Viperulo perforatum, extra quod M. viperulus exiit, pro senecta Viperina perperam accepisse, quæ triduo solvitur. L, expoliatur. Et hæc sunt in secunda figura Viperæ parturientis accuratè explicata.




## INTERNARUM VIPERÆ


partium explicatio, Tabula  
 tertia.


### CAP. XVIII.

**I**Nterna Viperei corporis parte in collo gula adest, à Græcis œsophagus; & larinx & pharinx asperæ arteriæ capita sunt, & partes, quæ ad pulmonos

PARIENTIS.  
TAB. II.










VIPERÆ INTESTINA

TAB. III. Pag 81



ET FACULTATIBUS. 81

mones ducunt, & simul apparent Gula, sive œsophagus, & aspera arteria, per quam spiritus à pulmone foras educitur & introit. Prima igitur litera T & R, est aspera arteria, sive ejus partes sunt. Pulmo igitur est veluti vesicula oblonga, membranosa, variisque meatibus plena aëre turget. P. & Q. sunt venæ, seu arteriæ, quæ ascendunt à corde & ab hepate ad gingivas, seu dentium vesiculas. S, œsophagum denotat. N, cor in pericardio. M, vero Jecur, per quod vena excurrit. L, ventriculum denotat, cui proxima est, K, vesicula fellis, & O, vena, quæ ab hepate ad radices dentium ichorosum & pravum sanguinem, aut fel veneni defert, ibique in dentium radicibus venenum actu Vipereum efficitur. G, fundum ventriculi, & principium recti intestini cui infigitur. E & C, est exitus foetuum. H & I, ovarum receptaculum, ut in gallinis, significant; & consequenter ejus amplitudinem. D & E, vasa seminaria demonstrant. A

verò & B, sunt orificia intrinseca uterorum bifida, seu bipartita. Et hi sunt characteres tertiæ tabulæ.

VIPERÆ MASCULI INTERNORUM ANATOMES EXPLICATIO.

CAP. XIX.



**M**N Masculi figura, & internorum anatomie, A A, nobis testes designant, & eorum situs. XX, sunt vasa deferentia ipsum semen, variis ex anfractibus constituta, quæ terminantur ad I & L, vasa præparantia semen in ipsis penis per suas venas, & Q & R, sunt duo penes, qui terminantur usque ad radicem caudæ, & in summa eorum parte, M & N, sunt pelliculæ integentes penes, in parte anteriori sunt asperitates quædam, quemad-